

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

680. Quale esse debeat mandatum ad præstandum illum consensum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

moriatur Principalis, seu constitutens, posse adhuc alterum ex iis, seu ceteros, etiam post dicti Principalis mortem consentire validè in resignationem illam, tradit Paris, ibid. nu. 29, & ex eo Azor, cit. q. 4. juxta decisionem Rota, de qua testatur Sar- nensis apud eosdem.

**Questio 678.** An unus idemque constituit possit Procurator a resignante, ut hujus nomine beneficium dimittat, & a resignatio- nrio, ut hujus nomine consentiat in pensionem reservatam resignanti?

R Espondeo affirmativè. Azor, cit. l. 22. q. 8. Paris, cit. q. 3. n. 30. & n. 31. addens, se vidisse sic servari in stylo, & mandata sic facta sine ulla dubitatione à Notariis Camera, & Cancellaria ad- mitti; quamvis melius suo judicio esse dicat, duos constituti Procuratores, unum à resignante, alterum à resignatario, & sic se consultutum, sic ll. cit. tradunt jidem, & cum illis Castrop. cit. §. 4. nu. 2. posse eundem constituti Procuratorem à duobus volentibus permutare sua beneficia, cùm nulla in hoc appareat contradictione, quod idem utriusque personam repræsentet, & utriusque nomine bene- ficia dimittat, & recipiat seu acceperet, pro quo Paris, n. 30. citat Bellam. de perm. benef. p. 8. q. 1. per tot.

**Questio 679.** An necesse sit Procuratorem constitui per scripturam publicam, an verò sufficiant ad hoc litera simpliciter manu principalis conscripta, & Titio submissa, in quibus principalis dicat: Constituo te Procuratorem meum in ordine ad re- signandum hoc meum beneficium?

R Espondeo primò: Sufficere dictas literas in ordine ad portigendam supplicationem resi- gnationis, quia porrectio supplicationis fieri potest à quocunque (intellige, nonnisi ramen de voluntate supplicantis) etiam absque speciali man- dato; adeò que multò magis vigore talium literarum. Paris, l. 9. q. 6. n. 6. juncto n. 8. testans, ita obseruare stylum vulgarem Curia Romana.

2. Respondens secundò: Non tamen sufficiunt tales literæ in ordine ad præstandum consensum nomine Principalis; sive non sufficit ad hoc tale mandatum darum, accèpimusque per literas missas, sed requiritur scriptura publica, seu mandatum scri- ptum manu Notarii publici. Castrop. loc. cit. n. 3. Azor, loc. cit. q. 6. Paris, cit. q. 6. nu. 7. ubi: quod ad præstandum consensum stylus non admittit, ut hoc fieri possit per literas missivas; nam Notari Camera, & Cancellaria non extendunt consen- sum, nisi constet de mandato per publicum instru- mentum; citant pro hoc Rebuff, in pr. tit. de pro- curat. ad resig. n. 7. & testatur Paris, sic plures à Rota resolutum. Unde, si per literas privatæ constitutus Procurator consentiat resignationi, seu dictum consensum præster post mortem constituentis, praeflatur is nulliter, & invalidè. Azor, loc. cit. Paris, loc. cit. num. 9. Atque ita conciliari posse videntur sententiae, dum Card. de Lut. conf. 47. n. 14. vol. 1. apud Paris, cit. q. 6. n. 1. docet, posse utroque modo, & per instrumentum publicum, & per privata literas constitui Procuratorem ad resignandum. Item Anton. de Butrio in c. 2. de renunc. in 6. n. 4. dicens, non esse differentiam inter renun-

ciationem, qua sit per literas, & qua sit per Pro- curatorem, intellige, constitutum per tale mandatum publicum: si minirum mandatum illud per literas datum intelligatur de porrectione suppli- cationis, vel etiam præstanto consensu parvo. Aliud verò mandatum per publicum instrumentum datum de præstanto in Camera, vel Cancellaria consensu illo magno.

3. De cetero videtur quoque sufficere mandatum datum per privatæ literas ad resignandum torum Ordinariis; siquidem prædicti AA. & alii dum mandatum illud publicum requirunt, loquuntur solùm de resignatione, qua sit in Curia Roma- na in manibus Papæ; quin & de consensu illo ma- gno, seu extendendo in Camera, vel Cancellaria Apostolica post porrectam, & signatam supplica- tionem.

**Questio 680.** Quale esse debeat dictum mandatum illud ad præstantum dictum il- lum consensum?

R Espondeo: Præterquam, quod scriptum sit à publico Notario seu Tabellione, debet esse obsignatum signo publico Judicis Ordinarii (vel, ut addit Paris, l. 9. q. 7. n. 2. & 3. Communis, vel, quod melius dicit, utriusque, etiam sine sub- scriptione testium) recognitum ab ipso mandan- te, à Tabellione subscriptum ( siquidem instru- mentum nou habens subscriptionem Notarii, nec rogitum, nec sigillum, non est in forma probante, ut Paris, loc. cit. n. 6. ex Capituq. decif. 104. p. 2. utineque valet, si in eo non est appositus locus, in quo consecutum, et si opus non sit, ut apponatur locus loci, ut idem Paris, ibid. num. 7.) continens expresse facultatem ad resignandum, & bene- ficiū, quod resignare vult Principalis; ad- dito, ut Paris, loc. cit. num. 20. & Azor, q. 6. ejus nomine, & loco, ubi situm. Ita Castrop. loc. cit. nu. 3. Azor, loc. cit. Paris, loc. cit. à num. 1. singula stabiliens citatis AA. & Rota decisionibus. Insu- per requiritur, ut constitutus Procurator ad resi- gnandum in dicto instrumento sit nominatus, ex- presso nomine proprio, & cognomine, alias non valet, juxta l. 2. ff. de Procurator. Procuratoriū. Pa- ris, cit. q. 7. n. 39. citato Rebuff, ubi ante, n. 7. Item requiritur, ut hoc instrumentum procuratoriorum non sit cancellatum; nam si cancellatum sit, nul- lam facit fidem, & resignatio facta vi illius est nul- la. Paris, n. 44. citans Rebuff, ubi ante, n. 33. & nro 47. & 48. subiungens id procedere, si Cancellario est in loco principali. c. ex literis. de fide instrumen- tor. Item, si factum est manu diversa. Porro hinc bene inspici istiusmodi instrumenta à Notariis Ca- mera, & Cancellaria ait n. 49. & 54. & 55. Notarii Cancellaria magnam adhibere diligentiam, ut mandata sit valida, & cum omnibus circum- stantiis à jure, & stylo requisitis, & alias consen- sum non extendi; Notarii verò Camera esse largiores, & ideo extendi ibi consensum vigore mandati minus sufficientis, cum obligatione tam- men, ut ille procurator procurabit, ut veniat man- datum Procuratorum sufficiens, & validum, quod intra tempus præfixum tenobitur producere, sicut de l. 2. servari, ait, se didicis- se aperitis, & vidisse.